UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exacta Facti Species Cum solida Remonstratione non existentis Prætensæ Electionis Serenissimi Principis Josephi Clementis Bavariæ Ducis junctâ resolutione diversarum quæstionum pro firmanda ...

[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.

Lit. B. / Ad Litt. B.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38262

Visual Library

Nuntium percepit, auxit vero dolorem, tum ipſa Conſanguinitas, tum defuncti Principis pietas, prudentia & Laudabiliter geſtum Regimen, cujus defectus non exiguam huic Diœceſi & Romano Imperio Cladem & jacturam intulit, adeò ut jam totius Chriſtianitatis maxime interſit, talem iterum Archi-Epiſcopum & Electorem eligi, qui prioris veſtigiis inſiſtat, & ſimili modo incolumitati Eccleſiæ, & Imperij proſpiciat, libertatem quoque Nationis Germaniæ ſtrenuè defendat, & imminentia quæcunque pericula ab hoc Archi-Epiſcopatu, in finibus Imperij ſito, prudenter avertat.

tribui voluit Regimen Electore dependit nec fecerit quicquam Eminentia ſua, niſi ſciente, volente, & approbante Sereniſſimo Electore, adeoque ut ſi quid Regimini Electoris poſſet objici, id Electori potius, quam Cardinali foret imputandum.

Lit. B.

Recordari ſine dubio Dominos Capitulares, quid Legatus antè hac, cum de negotio Coadjutoriæ ageretur, iisdem ob oculos poſuerit, qua ratione ſummus Pontifex eosdem dehortatus ſit, Et quæ Mandata ab Auditore Cameræ publicis valvis affixa fuerint, quibus utique deferendum erat, quod verò Paternæ, & Sanctitatis, & Majeſtatis ſuæ admonitiones ſpretæ tum temporis fuerint, ſuo jam loco relinqui; Nunc verò vacante Ar-

Ad Litt. B.

Agitur jam de Electione aut poſtulatione Principis Electoris, non verò de CoadJutoris deputatione, Ideoque fruſtra huc revocantur præterita, ſuo etiam loco relinquitur, quouscunque Advocatiæ munus, vel authoritas in Eccleſiis Metropolitanis & Cathedralibus ſe extendat, nec ullum eſt dubium quin D. D. Capitulares, juramenti ſui religione ducendi, eoque vota ſua & cogitationes directuri ſint, ut talis eligatur Archi-

chi Epiſcopali ſede, Cæſaream Majeſtatem ſui Muneris eſſe, & Advocatiæ ſibi in Eccleſias Germaniæ competenti incumbere, duxiſſe Capitulo Metropolitano breviter exponi, quod Archi-Epiſcopatui huic Electoralis dignitas ennexa ſit, quam conſervare, nec ullo diſcrimini objicere oporteat.

Epiſcopus, ac Princeps Elector, qui huic Diœceſi, Imperio & Chriſtianitati, de ſtatu paccato ac tranquillo, omni curâ provideat, nec patiatur, ut ulla fiat Electorali præ Eminentiæ injuria.

Lit. C.

Notum eſſe quod D. Cardinalis de Fürſtenberg, natione quidem Germanus, Coronæ tamen Gallicæ quaſi mancipatus, & ſerviliter ſubjectus, ejusdem Miniſter, & ibidem naturaliſatus ſit, in diverſis quoque negotiis contra Imperium egerit, Regi Chriſtianiſſimo fidem & Homagium præſtiterit, hanc Diœceſin theatrum belli fecerit, Argentoratum ab Imperio avulſerit, fortalitium ſeu Citadellam Leodienſem exteræ poteſtati ſubjecerit.

Ad Lit. C.

Uti certum eſt quod Dominus Cardinalis ex Libera, perantiqua, & Illuſtriſſima Comitum de Fürſtenberg familia, variis Principibus ſanguine juncta, prognatus ſit, ita ab omni veritate aberrat quod Coronæ Gallicæ mancipatus quodammodo vinculo ſubjectus ſit cujus dicterij error ex ſequentibus apparet. Primò nulli huc uſque Eminentia ſua Jusjurandum præſtitit, niſi Sanctitati ſuæ & Eccleſiis, quarum â quinquaginta ac pluribus Annis commembrum eſt. Secundò naturaliſatio nullum injicit ſubjectionis vinculum, ſed in eo jure conſiſtit, quod tribuat jus indigenatus, & Privilegium & Capacitatem, officia & beneficia poſſidendi, bona ſua per diſpoſitionem ultimæ voluntatis in alios transmittendi,